



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Joan. Eleemos. 23. Januarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

xo] 56. [o\*

& animam nostrā multa circumveniunt incommoda. Corpus quidem infirmitatibus obnoxium est anima vētō ignorantiae, & affectibus immoderati. Quo animo pateris vitæ præsentis. incommoda. Num moroso? num iniquo? Memineris hominum esse. *Homo natus ad laborem.* Job.

2. Peccator es, quid igitur infligēs à divina justitia labores detrectas? Ah! quam jucundarunt dolores illi, si reputaveris, te tuus criminib[us] infernum meritum fuisse. Unicum laboris momentum æternas flammæ extinguit. Ah Domine! H[ab]ere, h[ab]es seca, modè in eternum parcas. August.

3. Christianus es, debes igitur vivere vita Christi, & adimplere in corpore tuo ea, quæ dicitur, passionum eius: ea necessitas in baptismo imponitur tibi: Si diligenter ad eam patiendi legem attenderes, & quiiori animo hujus vitæ mala tolerares: decet Christianum, & quo ac alacri animo munia perpeti.

---

## S. JOAN. ELEEMOS:

23. Januarii.

*Quicunq[ue] potum dederit uni ex minimis istis Galicem aquæ frigidantum in nomine discipuli: men dico vobis, non perdet meritorum suam. Christus, Matth. cap. 10.*

**C**tum Annum ageret XV. IOANNES,  
 Misericordia divina manifestâ in luce  
 Sponsam se ei obtulit. Annuit continuo.  
 Et ratum conjugium Superi habuerunt, do-  
 témq; addiderunt tam opulentam , ut sem-  
 per deinde haberet, quod in egenos effun-  
 deret. Archiepiscopus jam Alexandrinus lu-  
 strum egit clientum suorum, hoc est, pau-  
 perum , numeravitq; septies mille , & quin-  
 quaginta , quibus omnibus deinceps in sin-  
 gulos dies victū subministravit. Sed nec ulli  
 alii piam manū unquam subduxit; ut meritò  
 id certaminis cum DEO suscepisse sit visus ,  
 plusne hic dare, an reddere ille posset. Mu-  
 nificentiam vel ex eo vide , quod ultimum  
 agrotanti unicus super teruncius fuerit, vix  
 naulum morituro. Ipse in testamenti sui ta-  
 bulis reperisse ingenuè se fatetur in ærario  
 auri pondo octies mille , & hæc decies milli-  
 es & amplius aucta dilapidasse in pauperes  
 gloriatur. Anno igitur D·X·C·II. è corporis  
 ergastulo in palatium abiit, quod piæ ipsius  
 munificentiae structum in Cælo Troilus vi-  
 dit. & verò invidit postea; cùm tam bonæ  
 prodigalitatis æmulus est factus. Venienti  
 obviam IOANNI sua à coelo sponsa proce-  
 fit cœlestis aulæ cubiculario comitata, ma-

D s

núque

nūque peramanter prehensum ad DEI conspectum deduxit. Ipse IOANNES nec mortuus sibi dissimilis, oleo, quod è tumulo suo dedit, in miseros mitis esse petrexit.

*Ex Surio.*

## M E D I T A T I O

### *De charitate in pauperes.*

1. **S**i Deus mercedem ei promittat, qui ~~calicem~~  
aqua frigida dederit, quām mercedem datu-  
rus est iis, qui largiori manu stipem pauperib⁹  
erogārint, & fratrum suorum, tum animi, tum  
corporis necessitatibus servierint. Quot occasio-  
nes dimittimus aliis benignè faciendi? Cūn aderit  
decretorius dies, Deus repetet rationē harum  
occasione⁹. Salus videtur à misericordiā vel im-  
misericordiā omnino pendere. In judicio Deus ab  
hābāt obedientiam, ceterasq; virtutes filet, & solūm clā-  
mat, quod corredit pauper. Chrysostom.

2. Quidquid boni, aut mali proximo, Christo  
fecisti. Omnes Christiani Corpus unum sunt, cuius  
caput est Christus: membrum qui ferit, ferit &  
caput. O te felicem! Si potum, aut vestimentum  
dares Christo, hæc omnia præstas, in paupero  
beneficus.

3. Quā ratione judicaverimus alios, cā prorsus  
judicabimur; dabitur, si dederimus; ignoroscetur,  
ignoverimus. In nos itaque redundat bonum &  
malum: Sed quām turpe est ( ait August. ) homi-  
nes

\*o] 59. [o\*  
nes ab hominibus male haberi, perinde quasi læ-  
vius cruciaretur à tot, & tam variis rebus cœatis.

## S. TIMOTHEVS EPISCOPVS.

24. Januarii.

*Insta opportune importunè, argue,  
obsecra, increpa in omni patientia,  
& doctrinæ. S. Paul. ad Tim. 2. Ep. c. 4.*

**H**abuit Timotheus Patriam Lycaoniam, Patrem Gentilem, Matrem Iudæam, Magistrum in lege Christiana Paulum Apostolum: Cujus in Evangelio adjutor, hæres Zeli, & virtutum tanti viri religiosus imitator. Lystris postquam Paulus Claudum in pedes erexit, Timotheum peperit Christo. In eo Ingenium & virtus certârunt ita, ut utrique palma obveniret. Ob quæ decora cum Apostolus suis in Epistolis Fratrem, filium Charissimum & fidem in Domino: nonnunquam, Dei ministrum suig̃ adjutorem Evangelij nominat. Abstinentia in eo fuit singularis: ob ortas inde frequentes infirmitates jussus est à Paulo modico vino uti. Nec solum ex vase illo electionis divini eloquii lac haesit, sed &

Ioan-